

Johann Gravius    Nicolaus Knisel

## **Selecta Ad Tit. Digest. De Receptatoribus**

Tubingae: Reisius, 1683

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn750047658>**

Druck    Freier  Zugang





N. N. 2 (iso.)

1. Ström, De scriptura privata.
2. Stephani, Diss. inaug. editionis actorum seu sionada in partia proe-  
liminare, processum ad normam ordinationis Camerae lib. 11, 31  
collocata ad 11. Com. 3 Civ. Secundum Ed. et laborum statuta specia-  
lia, directum
3. Stipper, de eo, quod justum est; circa ministro-rum ecclesiae sub-  
stitutis. vulgo nunc Substitutum dicitur Fradiger.
4. Surmann, de modo quo Romani publica judicia sunt  
persecuti.
5. von Störcken, de sigillis, nunc Signetur, Hutt-Speltan etc.
6. Stypmann, de ordine iudiciorum seu processu.
7. Effor, memoria iudicii principum Germaniae.
8. Estor. Prag. de iure pascendi litteras quas vocant credentiales  
a legatis
9. Schoepflin, de processu in contumaciam in causis criminalibus.
10. van Huynden, de mutatione domicilii.
11. Schiltner, de legitima cum quarta vel simili portione, super-  
stiti coniugi debita, Concurrentis computatione, nunc dnm  
Hinsp. qui dicitur ex p. nunc C. Engsthan etc.
12. Murhardt, de singulari suam iure.
13. Pestel, de minoris obligatione.
14. Schubert, de iustitia transactionis testamenti nondum inspectis  
tabulis ob sublatam viciniam hereditatem
15. Schultze, de pluralitate tutorum.



174. ~~17~~

SELECTA

Ad

TIT. DIGEST.

De

RECEPTATORIBUS;

Quæ,

Ex Decreto

MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS,

PRÆSIDE

DN. JOHANNE GRAVIO, U.

J. D. Juris Canonici ac Praxeos, laudatæque

Facultatis Professore seniore, & Consi-  
liario Wirtembergico,

*Pro Summis in Utroq; Jure Honoribus  
ac Privilegiis decenter obtinendis,*

Ad Diem Martii,

Loco horisque solitis,

*Publicæ disquisitioni submittet*

NICOLAUS KNISEL, Stutgard.

TUBINGÆ,

Typis JOHANN-HENRICI REISL.

ANNO MDC LXXXIII.

V I R O,  
MUNERE AC MERITIS  
AMPLISSIMO,  
DN. JOHANNI JACOBO  
BAURIO, U. J. D.


Serenissimi Wirtembergiæ DUCIS in  
Inclyta Superiori Justitiæ Curia Consi-  
liario Gravissimo, Domino Cognato at-  
que Patrono suo omni honoris cultu  
obsequiosè prosequendo,

THESES HASCE INAUGURALES

*Devota mente*

Confecrat

NICOLAUS KNISEL.



Q. D. B. V!

**A**Nimus erat, Disputationis Inauguralis loco dignam, & pro ingenii quidem modulo, elaboratam exhibere materiam; sed cum ante aliquot septimanas amplam satis, eamque civilem, habuerim, nunc autem tempori servendum sit, paucas, easque criminales, Theses seligere placuit.

THESES I.

**R**eceptator hic describitur, quod sit is, qui facinorosis in suo vel alieno, eos abscondendi causa, dolo malo, refugium praestiat. arg. l. 1. §. 2. ff. d. serv. corrupt. junct. t. t. ff. d. receptat. & C. de his, qui latron. vel al. crim. reos occult. Petr. Theodoric. in Colleg. crim. Disput. 3. th. 15. lit. B. addat. Dn. Schwendendorffer. in not. ad B. Dn. Eckolt. ff. eod. de receptat. sub princ. Diss. Tulden. C. d. t. vers. Sed video.

I I.

Vox receptatoris, licet frequentativa sit, denotans sc. frequentiam actuum, & sic plures actus; simplici tamen recipientis nomine hic etiam venit; ut hinc vel semel tantum id faciens delinquat; arg. l. fin. ff. d. receptat. Archidiac. in c. 2. n. 3. d. haeretic. in 6. Decian. tract. crim. c. 51. n. 72. post plures; tametsi gravius, qui id iteraverit. arg. l. 4. C. d. serv. fugitiv. Idem dist. loc.

I I I.

Receptator qualiter teneatur, pulchrum esse dubium inquit Gomez. var. resolut. tom. 3. d. delict. c. d. homicid. 3. n. 50. valdeque disputabile, Coler. decis. 144. n. 30. Mev. ad Jus Lubec. lib. 1. tit. 17. art. 2. n. 1. addat. Bocer. d. latrocin. pag. 173. n. 33. sed cum hoc crimen sit extraordinarium (id quod aperte etiam ex eo evincitur,



tur, quod tam in Digestis, quam ferè etiam Codice, titulus no-  
 ster inter extraordinaria ponatur crimina) idcirco pœna quoque  
 non ordinaria, & par cum delinquentibus receptis, secus ac cum  
 aliis sentit Berlich. *part. 5. conclus. 55. n. 55.* quibus accedere vi-  
 detur etiam Zoësius *ff. d. receptat. n. 1.* Gothofred. *ad l. 1. ff. d.*  
*receptat. Perez. t. C. d. his, qui latron. n. 1.* sed arbitraria, Judicis  
 nempe arbitrio, pro ratione circumstantiarum relicta, arg. *l. 1. §.*  
*1. ff. d. effractor. & simil.* apud Anton. Matthæi *tract. d. crimin. in*  
*prolegom. c. 4. n. 7.* statuenda erit. *l. 1. ibi: iudicis æstimatione.*  
*C. d. his, qui latron. Bocer. d. tract. pag. 170. num. 30. & seqq.*  
*Harprecht. ad §. 4. I. d. oblig. qua ex delict. n. 22. vers. mitius*  
*quog. Dn. Struv. in Syntagm. Jurispr. ff. d. receptat. tb. 7. Farinac.*  
*oper. criminal. quest. 30. n. 95. & seq. ubi opinionem hanc verioem*  
*esse ait; quam etiam communiorem, magisq. rationabilem vocat*  
*Mev. d. loc. & in foro Saxonico obtinere testatur Carpzov. pract.*  
*crim. quest. 134. n. 46. add. Finckelthaus. observ. 112. n. 13. post*  
*plures.*

## I V.

Neque aliud dicendum est de eo, qui receptat parricidam,  
 arg. *d. l. 1. C. junct. l. 2. & 6. ff. ad l. Pompej. d. parricid.* quæque  
 post alios tradit Carpzov. *pract. crim. quest. 11. n. 55.* reum cri-  
 minis læsæ Majestatis, arg. *ejusd. l. 1. C. junct. l. 40. ff. d. pæn.*  
 nec non Ecclesiæ alicujus vasallum, delinquentem in Cardina-  
 lem juxta tenorem *c. felicis 5. princ. ubi Augustin. Barbos. n. 13.*  
 post alios *d. pæn. in 6. addat. Gigas d. crim. læs. Maj. quest. 5. n. 15.*

## V.

Excipitur autem, & ordinariâ delinquentium pœnâ tenetur,  
 receptator assassini, *c. 1. verb. receptaverit d. homicid. in 6.* cum  
 Farinac. & Damhoud. B. Dn. Lauterbach. *Diquisit. d. Assassin.*  
*tb. 35. & cum aliis Barbos. in eod. c. n. 9. junct. seq. 20.* nec non  
 raptoris & raptæ, quoad pœnam quidem capitalem, *l. un. §. 2.*  
*verb. susceperint. C. d. rapt. virgin.* Anton. Matthæi *d. criminib.*  
*ad lib. 48. ff. tit. 4. c. 2. n. 17. in fin. vid. tamen ad d. l. Brun-*  
*nemann. in fin. item subditi alieni profugi, diffidatoris sc. vel ex-*  
*trema quæque minitantis, Recess. Imp. Augustan. d. Anno 1555.*  
*§. als sich dann. 45. & seqq. Ordinat. Cam. part. 2. t. 14. & Crim.*  
 Carol.

Carol. V. art. 128. ibique Interpp. & banniti Imperii. d. Ord. Cam. part. 2. t. 12. & seq. Blum. proceff. Cameral. tit. 29. n. 24. & seqq. Gail. d. pac. publ. lib. 2. c. 10. ubi n. 36. & Advocatum, sine juffu Judicis bannito patrocinantem, in eandem pœnam incidere, ex Bartolo innuit, annexâ formulâ fententiæ Cameralis contra receptatores, etiam Civitatem. Sereniffimos tamen Archiduces Auftriæ, noſtræque Wirtembergiæ Duces, nec non Comites de Leiningen, Civitates Aquisgranum, Illmam & Memmingam, item Monafterium Salmsweilense privilegio bannitos receptandi gaudere, ex Speidel. Sprenger. & Joh. Georg. von Zimmern tradit, annexo modo contra ibidem conventos procedendi, Excell. Dn. D. Schweder. in *Introdukt. in Jus publ. part. ſpecial. ſect. 1. c. 21. n. 6.* Ceffare hinc dictam pœnam & arbitrarix locum eſſe in recipiente bannitum à Judice inferiori, ſcribit Mev. ad *Jus Lubec. lib. 4. tit. 17. art. 2. n. 3.* & bannitum in contumaciam, Caball. *Reſolut. crim. caſ. 287. n. 177. & ſeq.*

## V I.

Præterea theſis noſtra tertia limitationem recipit in iis, qui ſecum alieni criminis reos occultando eum eamve ſociarunt: Nam tùm par ipſos & reos pœna expectet; verba ſunt Impp. in *d. l. 1.* ubi Brunnemann. n. 7. & ſeq. *C. d. his, qui latron. addat.* idem ad *l. 1. n. 2. ff. d. receptat.* Carpzov. *d. quaſt. 134. n. 40.* Neque enim tunc ut receptatores, ſed quatenus ſimul ſunt ſocii criminis (vel ſaltem lucri inde quaerendi, Tulden. ad *d. tit. C. d. his, qui latron.*) eos puniri notat Hahn. ad *parat. Weſemb. ff. eod.* & poſt illum Dn. Schwendendorffer. ad *Eckolt. ibid. §. 2.*

## V I I.

Cum ut receptator puniri poſſit, dolo malo, uti dictum, & ſic ſciens, reum recepiffe neceſſe ſit, *d. l. 1. C.* idcirco inſcium commiſſi delicti, arg. *l. 2. C. eod. & ſmil.* aut vi metuque, arg. *l. 1. §. 3. ff. d. ſerv. corrupt.* non vano quidem, ſed qui in conſtantem virum cadere poteſt, arg. *l. 6. ff. quod met. c. geſt.* vid. Jo. Aloys. Ricc. *part. 3. colleſtan. deciſ. 544. ſub ſin. Tuſch. pr. concl. 47. lit. R.* ſi quem receperit, à pœna immunem eſſe, facile conſtat. Quæ ignorantia in dubio præſumitur: arg. *l. ſin. ff. pro ſuo. niſi in loco receptationis deli-*

delictum sit notorium vel publica de eo fama; Farinac. *lib. 1. consil. 37. n. 15. & seq.* Modestini. Pistor. *volum. 1. consil. 34. quæst. 6. num. 31.* Tabor ad Barbos. *lib. 16. c. 9. axiom. 2.* quo casu tamen ignorantiam nihilominus allegans Juramento eam firmare cogitur. cum Gail. & Farinac. *Mev. d. art. 2. in fin.* add. Caball. *Resolut. criminal. d. cas. 287. n. 5. 6. & 66.*

## V I I I.

Verba autem *d. l. 1. C. d. bis, qui latron.* latrones quisquis sciens susceperit, & eos offerre iudicibus superferet, supplicio corporali aut dispendio facultatum, pro qualitate personæ, & iudicis æstimatione plectetur, dictam arbitrariam pœnam respiciunt; Bocer. *d. latrocin. pag. 172. n. 32.* add. Coll. Arg. *ff. d. recept. th. 4.* ut proinde perperam intelligant verba, supplicio corporali, de iis, qui latrones scienter receptaverunt; & sequentia, dispendio facultatum &c. de illis, qui non quidem susceperunt, sed tantum non denunciarunt Iudici latrones, DD. isti, quos citat & sequitur Farinac. *d. tract. crim. quæst. 133. num. 79. & seq.* ac refutat Bocer. *n. seq. 35.*

## I X.

Qua etiam pœna tenebitur is, qui cauponam publicè exercet & facinorosum scienter recipit: post alios Theodoric. *in Colleg. crim. D. 3. th. 15. lit. A.* cum ad hospitandum hoc in casu, uti aliàs, cogi non possit; quanquam si sibi prorsus ignotum receptet, putata, quia nec hominem, nec ejus conditionem cognoscebat, ob intermissam hujusmodi explorationem eo non statim discedente, præ cæteris, qui caupones non sunt; arg. *l. un. in fin. ff. Furt. adv. naut. caup. l. 12. C. d. agricol. censit. & colon.* excusari posse videtur; quemadmodum Bartoli mentem in *l. omnes. 6. eod.* contra Alexandrum *in addit.* ad Bartol. explicat Decian. *d. tract. crim. lib. 5. c. 51. n. 73.* add. Anton, Matthæi *dict. tit. n. 2.* Dn. Schacher. *in Colleg. Pract. ff. d. receptat. in fin.* Nec qui juratò asseverat, se occultatum non indicaturum, à dicta arbitraria immunis erit: cum juramentum contra leges & bonos mores præstitum non sit obligatorium. *c. 58. d. reg. jur. in 6.* Felin. *in c. intimavit. column. 3. d. testib.* Eaque pœna etiam affici qui effraçto carcere,

aufu-

aufugientem receptat, tradit cum Farinac. Sithman. *in nucl. Pan. de & paratitlar. ff. d. receptat.* ubi ex Statutis Pomeranicis receptatores eadem poenâ ac receptos puniri addit.

X.

Sed pulchram fore dubitationem, ait Id. Decian. *d. c. n. 78.* si quis recipit delinquentem sciens, & per aliquot dies retinet in domo, poenitentia autem ductus Magistratui postea illum indicat, an poenae sit subducendus? Negativa verior videtur; arg. *l. 65. ff. d. furt.* ubi nemo poenitentia sua nocens esse desinit; post Dec. Theodoric. *Colleg. crim. D. 3. th. 15. lit. A.* cui subscribit B. Dn. Lauterbach. *in Compend. Jur. concinnato è Lectionib. illius à Dn. Schütz. tit. de receptat. lit. E.* quam opinionem etiam amplectitur Besold. *in delibat. Jur. eod. Perez. ad tit. C. d. bis, qui latron. n. 4.* Diff. Dn. Struv. *in Syntagm. Jurispr. d. tit. de receptat. th. ult.*

X I.

Planè qui latronem non receptat, sed eum tantum, cum capere possit, dimittit, non simpliciter puniendus, sed distinguendum est, an pecuniam aut subreptorum partem acceperit, & reus erit; an non, & absolvendus: *l. 1. ff. d. receptat.* ibique Gl. *in fn. verb. accepta.* Bartol. *ad d. l. 1. vers. in pari causa* Alberic. *ibid. n. 2.* Bocer. *d. latrocin. pag. 156.* modo non, dum Magistratus jam mandasset eum capi, fugam suasisset, maximè si latro huic consilio paruisset. arg. *eorum qua tenet Ifern. in Auth. Gazaros. verb. diffidamus. col. 4. n. 4. C. de heret. Decian. d. lib. 5. c. 51. num. 40.*

X I I.

In genere hic sciendum est, quod etsi nemo regulariter praesumatur malus, arg. *l. 51. ff. pro soc.* contra receptatores tamen vehemens insurgat suspicio, propter quam, nisi praesumptione contraria elidatur, in eos de eodem crimine inquiri, & purgatio exigi possit; arg. *eorum, qua tradit Decian. d. loc. n. 84.* etiam per torturam; indicia ad hanc recensente Const. criminal. Carol. V. *art. 40. & Coll. Arg. ff. d. recept. n. 4.* vid. Bocer. *d. quest. & tortur. c. 3. n. 68.* Zanger. *tract. simili. n. 131. & seqq. add. Ricc. d. collectan. Decis. 544. sub med. Cafon. d. malefic. t. 5. n. 4.* Bonifac. *d. Vitalin. tract. simili rubr. d. receptat. Gandin. itid. d. malefic. rubr. d. furt. & latron. n. 30.*

Jure

Jura nostro Provinciali Wirtembergico quivis subditus gravius delinquentes sub poena perjurii reticere, adeoque & receptare prohibetur. arg. Ord. Provinc. Wirtemb. tit. 131. §. Ihr die Untertanen. 4. & Würden aber. 8.

## XIII.

Eos, qui affines vel cognatos recipiunt, neque absolvendos, neque severè admodum puniendos esse, ferè verba sunt JCTi in l. 2. ff. d. receptat. quam aureis scribendam literis, ait Tiraquell. d. poen. temper. aut remitt. caus. 20. n. 1. cum non sit par horum delictum & eorum, qui nihil ad se pertinentes recipiunt; d. l. 2. non tam ex hac ratione, à plerisque adducta, quod, uti suum, cuique sanguinem redimere licet, l. 1. ff. d. bon. eor. qui ante sentent. mort. sibi consciv. ita & suorum; utpote cujus antecedens huc non pertinere ostendit Bachov. ad Wesenb. ff. d. receptat. quàm quod amoris & affectionis vi victi id fecisse videantur. Anton. Matthæi d. crim. ad lib. 47. ff. tit. 10. ubi præjudicium ex Chassan. adducit; adeò, ut super prætenfa latentis ignorantia personæ hæc, ob metum maximè perjurii, ne quidem juramento se purgare teneantur. Carpz. pract. crim. quest. 134. n. 53. Hæcque propter eandem affectionis rationem non solum de parentibus & liberis, aliisque cognatis legitimis, sed naturalibus etiam intelligenda esse, cum Tiraquello tradit Bocer. d. latroc. pag. 178. n. 38.

## XIV.

An vero omnes conjuncti ex capite simplicis receptationis, & quamvis poena afficiendi sint, porro quærun DD. & quamvis Antonio Matthæi d. loc. liberis ac parentibus, marito atque uxori prorsus remittenda videatur ex eo, quod, si poena in d. l. 2. ff. d. receptat. mitigetur ei, qui cognatum aut affinem receptavit, utique planè remittenda illa sit, & quidem liberis ac parentibus: cum eorum sit arctissima necessitudo, summa affectio, atque ex iis reliqui cognationis gradus propagentur; marito autem & uxori: cum sint affinitatis principium, atque omnis fortunæ socii; cujus opinionem etiam amplectitur Dn. Struv. in Syntagm. Jurispr. d. receptat. th. 103. Wissenbach. Dissut. 31. rubr. d. receptat.

ceptat. *ib.* 22. Illud tamen non simpliciter esse admittendum, sed pro ratione circumstantiarum pœnam minimum pecuniariam dictari posse, patet ex præjudiciis apud Carpzov. *pract. crim. quest.* 134. n. 48. & *seqq.* confer. Dn. Schacher *in colleg. pract. d. t. sub fin.* qua pœna & alios cognatos affinesque comprehendi addit Carpzov. *d. loc.* cui opinioni accedit cum Bonifac. de Vitalin. Wefenbec. *in paratitl. d. receptat. n. 2.* Bocer. *d. latrocin. pag. 178. n. 37.* Zoesius *ff. d. receptat. n. 2.* quo facit *l. 1. ibi: dispendio facultatum pro qualitate personæ. C. d. his qui latron.* ita tamen, ut Judex de sanguine remotiori vel propinquiori informatus, cum hoc casu computatio graduum haut certum ponat decisum, in dictanda multa arbitrium suum moderari queat. *arg. l. 2. ff. d. receptat. & l. 1. C. d. his, qui latron.* Carpzov. *d. arbor. consanguin. & affinit. in fin.*

## X V.

Illud, quod in sæpius citatis utrisque titulis *ff. de receptat. & C. d. his, qui latron.* de latrocinio, & sic crimine publico, *arg. l. 1. verb. Cornelia de ficiariis ff. d. publ. jud.* exemplum ponitur, privatorum delictorum reos non excludit: Nam etiam eos receptare prohibitum est. *arg. l. ult. §. fin. ff. d. abig. junct. d. rubr. Et t. C. Bachov. & Hahn. ad Wefenbec. d. tit. Anton. Matthæi. d. crim. ad lib. 47. ff. tit. 10. c. 1. n. 4. Brunnem. in repetit. paratitl. Wefenb. ad d. tit. d. receptat. quest. 1.* licet ipse Wefenbecius dissentiat *ibid. in fin.* ubi & contrarij præjudicii meminit, eique subscribat Coll. Jur. Arg. *d. t. n. 4.* dubitet vero Ludwell. *ad paratitl. Wefenbec. eod. n. 2.*

## X V I.

Neque hoc, quod JC. Marcianus in *d. 1. ff. d. receptat.* pessimum genus receptatorum perinde puniri præcipit, atque latrones, & in pari cum illis causa habendum censet, præcedentem de extraordinaria pœna sententiam proffernit. Vocabulum enim perinde hic non omnimodam inducere similitudinem, sed ita exaudiendum: Sicuti punitur delinquens, ita receptator, non tamen eadem pœnâ, docet Bartolus ad *verba: pessimum genus*; aliudque esse, puniri perinde atque latrones, aliud

B

puniri

puniri pari poena, cum Gl. & Alberic. Bocer. d. *latrocin.* pag. 174. n. 34. add. Brunnemann. *ad eand.* l. nec semper verbum hoc, ceu notam improprietatis, Richter. d. *signific. adverb.* denotare omnimodam similitudinem, innuit Augustin. Barbos. *Dist. usu frequent.* 252. Strauch. *in Lexic. particul. jur. hac voce.* Quo facit, quod in simili de particula tanquam in l. 2. ff. *arb. furt. cas.* ubi JC. Cajus, eos, ait, qui arbores, & maximè vites ceciderint, tanquam latrones puniri, tradunt Interpp. illà tantum hoc significari, quod similitudo inter eos sit, ut criminaliter puniantur, non autem eadem poenà, quã latrones; post Tabor. Menoch. & alios, Brunnemann. *ad d. tit. uti & inelytam* hic Facultatem in casu corruptoris vitium respondisse, ab Excell. Dn. Præside, autore responsi, percepi; verba autem in pari &c. jungenda cum seqq. in ead. l. 1.

## XVII.

Cum vero in singulis legibus utriusque tituli sæpius citati de *receptat. & d. his, qui latron.* latronis fiat mentio, theses de eo sequentes annexere libuit; & quidem omiſſa etymologia, & quis olim ita dicebatur, de quo utroque Anton. Matthæi d. *crim. ad lib. 47. ff. tit. 2. c. 1. n. 1.* post med. add. Bocer. d. *latrocin. n. 3.* etiam latro-is, qui solus est raptor in viis publicis aut silvis locisve aliis remotis, dicitur DDibus, quos citat Carpzov. *pract. crim. quest. 22. n. 2.* quibus accedit Damhoud. *in pract. crim. c. 10.* Bocer. d. *tr. n. 8.* adeo, ut inter latronem & prædonem nihil interesse existimet Accurs. *in l. 115. d. V. S.* hunc tamen non nisi latè latronem, & talem propriè eum dici, qui aliquem occidit spoliū sive lucri consequendi gratiã, proluxè ostendit laudatus Carpzov. d. *tract. quest. 90. n. 3.* junct. *proximè cit. loc. & Bocer. ipse n. preced. 3.*

## XVIII.

Dividitur, quod alius sit famosus & insignis, qui sæpius latrocinia committit; alius non famosus, qui semel tantum. l. 28. §. 15. ff. d. *poen.* junct. *Const. crim. Carol. V. art. 162.* Item alius in specie talis, qui nomen generis retinet, & in terra grassatur; l. 3. §. 2. ff. d. *incend. ruin. naufrag.* alius, qui in mari, & pirata dicitur; l. 18. *princ. ff. commod. de cujus etymo Bocer. de latroc. num. 8.*

## XIX.

XIX.

Quando hic, ut dictum, spe lucri, (cujus interventus delictum maximè aggravat *l. Cicero. 39. ff. d. pœn.*) homicidium fieri dicitur, non ideo minus latro erit, & pœnæ hujus criminis obnoxius, qui parum aut nihil commodi accipiendo voti compos factus non est: cum sufficiat animo & intentione lucri patrum esse scelus; Carpzov. *præf. crim. quest. 22. n. 47.* nec refert, utrum illud præsens sit, aut præteritum, imò etiam futurum; *arg. l. 1. §. fin. l. 2. §. 3. princ. ff. d. calumniator.* ut exemplis occidentis ob delictum aliquod ante à se perpetratum eum, quem id revelaturum timebat, aut socium criminis, ne ab ipso manifestetur, aut prægnantis uterum disseccantis, ut manu fœtus abscissa, soporatisque (quod ajunt) per lychnos inde confectos hominibus, eotutius furetur, præter alium adhuc casum, declarat Idem *d. quest. n. 57. & seqq.* vel quem necantis, ut ipsius sponsam, viduam, honores, officium nanciscatur, Werner. Theod. Martini *Jurispr. crim. dissertat. 4. sect. 3. n. 32.*

XX.

Hinc si quis tantum animum habuit furandi, non occidendi, postmodum tamen resistentem interficit, eum in finem, ut furtum auferre possit, latro nihilominus est, sicque latrocinii pœna dignus: Carpzov. *d. quest. 22. n. 63.* modo tamen reus confitetur, dicto sine factum esse homicidium, non ut vitæ suæ confuleret, prehensus & detentus ab interfecto; quo casu, eoque in tortura obtento, pœnæ homicidii locus foret. Idem. *n. 67.*

XXI.

Pœna famosi latronis Jure Justiniano est, quod in his locis, ubi grassatus, & sic extra locum aliàs consuetum, furcâ figatur, ut & conspectu deterreantur alii ab iisdem facinoribus, ac solatio sit cognatis & affinibus interemtorum, eodem loco pœna reddita, quo latro homicidium fecit; quamvis nonnulli etiam ad bestias hos damnaverint. *l. 28. §. 1. ff. d. pœn.* vid. tamen Bocer. *d. latrocin. pag. 164. n. 23.* Jure autem Carolino latrones, etiam non famosi, rotâ tunduntur; illis, qui in dignitate versantem, Dominum, conjugem, cognatum & similem occiderunt, ignitis forcipibus primum tactis, aut trahâ ad locum supplicii ductis; Ordia.



Crim. Carol. V. art. 137. junct. 130. verb. der soll einem fürge-  
 setzten Mörder gleich. & corpora illorum mortua ipsi rotæ im-  
 ponuntur. arg. art. 192. ead. verb. zum Nade. Cujus mutationis  
 rationes adducit Carpzov. *pract. crim. quest. 22. n. 11.* Interdum  
 ex consuetudine, ob aggravantes circumstantias, crura & brachia  
 prius frangi, ac deinde collum contundi, Germ. vulgo *von un-  
 sen auff räderen* / rotæque in majorem terrorem tabula, notatis  
 in ea omnibus Rei facinoribus, una cum tot baculis, quot latro-  
 cinia commisit, appendi solet. Idem *quest. 23. n. 63. & seq.* Bo-  
 cer. *d. latrocin. pag. 166. n. 24.* Pœnamque, in latrones & eorum  
 receptatores jure definitam, etiam ad Nobiles, hoc crimine se  
 polluentes, pertinere, propugnat Bocer. *eod. pag. 179. & seqq.*

## X X I I.

Nec refert, siue in via publica, siue ædibus privatis, ut v.  
 gr. etiam hospitum, interdum plane speluncas, Mörder Gru-  
 ben / habentium, facinus hoc commissum fuerit; Martini *sect. 3.  
 n. 29.* uti & contra alios defendit Carpzov. *pract. crim. quest. 22.  
 n. 19.* Neque de forma hujus criminis est, ut aggressio cum ferro,  
 quod porro nonnulli volunt, facta sit. arg. *d. art. 137. verb. ein  
 jeder Mörder &c.* Idem Martini *n. seq. 31.* vid. etiam Bocer. *d.  
 tract. pag. 151.* Eidemque pœnæ locus est, si quis in milite aut  
 Judæo illud perpetret; arg. *dd. art. idque in genere vel sua ma-  
 nu;* vel excubias agendo, aliisve modis idem approbando & de  
 spolio quid percipiendo se participem reddat; *per ea qua tra-  
 dit* Carpzov. *d. quest. 22. n. 30. & seqq.* quales casus subinde  
 etiam ad Inclytam Facultatem Juridicam hujus loci delatos esse  
 percepi.

## X X I I I.

Cui consequens est, licet corpora eorum, qui ultimo suppli-  
 cio damnantur, cognatis ipsorum, petentibus ad sepulturam, re-  
 gulariter neganda non sint, *l. 1. & fin. d. cadav. punit.* in latroni-  
 bus tamen id non obtinere. arg. *d. l. 28. §. 15. ff. d. pœn. ibi:* ut &  
 conspectu deterreantur alii. Quem textum ita ponderare  
 Paridem d. Puteo ait Decian. *tract. crim. lib. 9. c. 30. n. 34.* adeo, ut  
 cadaver etiam ante reatum defuncti, facinore post aliquod tempus  
 innotescente & legitime probato, iterum è cæmiterio, illæsis ta-  
 men

men omnino vicinis offibus, arg. c. *Sacris* 12. X. d. *sepult.* effodi, rotæque in terrorem aliorum imponi, aut, si id fieri nequeat, in loco supplicii destinato humari fas sit. per not. Dn. Adriani Beier. d. *cadav. punit.* c. 3. n. 77. & seqq. ubi præjudicia effossionis & rotæ ex Theodoric. & Richter. aliorumque suppliciorum exempla adducit: & arg. eorum, quæ tradit cum aliis Carpzov. *Jurispr. consist.* lib. 2. tit. 24. def. 379. & seq. Laurent. Bel. in c. *Nullus mortuus* n. 25. *caus.* 13. *quest.* 2. Vasq. *illustr. controuv. lib.* 3. c. 96. n. 7. & seqq. Dn. Bechmann. *ad tit. ff. d. cadav. punit.* n. 62. Speckhan. *cent.* 1. *quest.* 85. citans in fin. inter alios Coras. in *Arrest. Tholosan. annotat.* 94. in fin. utentem arg. casus in c. *Monasterium* 63. c. 1. X. d. *stat. monach.* Quo etiam facit text. Jerem. S. v. 1. vel (secundum nonnulla Exemplaria) c. *praced.* 7. *vers. antepen.* quemadmodum & nuper 29. Jan. anni hujus in casu simili latrocinii, post aliquot demum annos liquido patefacti, de ossibus in loco suppliciorum sepeliendis, Inclytam hinc Facultatem respondisse, ab Excell. Dn. Præside, responsi autore, itidem per cepi.

## X X I V.

Ad dictandum vero rotæ supplicium satis est, si, confessio aut convictio reo, arg. l. 16. C. d. *pæn.* & *simil.* de corpore etiam delicti seu cadavere occisi præsentem, vel, si reperiri amplius nequeat, per testes constet, qui id viderint, licet de facie eis fuerit ignotum; neque hinc inspectione ejus, ut in homicidio simplici, ad dignoscendam lethalityatem vulneris, animo occidendi indirecto sive citra propositum, per instrumentum scilicet ad necem aptum inficti, à certis personis facienda, requiritur juxta Ord. Crim. Carol. V. *art.* 149. & Rescript. Ducale Wirtemberg. d. Anno 1656. d. 10. Jan. opus est: cum nec ullum absque proposito occidendi latrocinium perpetretur. Carpzov. *Decis. integra* 197. cui subscribit Brunnemann. in l. 1. §. 24. n. 8. ff. d. *Sil.*

## X X V.

Cum famosos latrones, in securitatem publicam, permissum sit unicuique occidere, ut mortem, quam minabantur, ipsi excipiant, l. 1. §. 2. C. *quand. lic. unicuique sine jud. se vind.* l. 4. C. *ad Cornel. d. fcar.* cum Farinac. Augustin. Barbos. ad d. l. 1. n. 3. mul-

to ma-

to magis talem quis capere & ducere ad iudicem, etiam absque speciali huius licentia, potest, post Speculator. Decian. *tract. crim. lib. 9. c. 29. n. 8.* licet quoque non repertum in flagranti crimine; ut contra Joh. Fabrum inde infert Bocer. *d. latroc. pag. 154.* Ex quo etiam non servato ordine iudicii contra eum procedere iudicem posse, cum Parid. *d. Puteo & Decian. tradit Bocer. d. tract. pag. 162. n. 20.* aded, ut nec copiam indiciorum ipsi dandam esse velint DD. quos citat Farinac. *oper. crim. quest. 39. n. 107. & seqq.* quod & probat Bocer. *d. tract. pag. 159. n. 15.* & si advocatus ei adjungatur, præter necessitatem fieri, dicat cum Hier. Alb. ad Bartol. *Ummius Disputat. ad Process. iudiciar. 2. n. 38. in fin.* & si de consuetudine id fiat, eum tamen non exaudiendum, Farinac. *d. tr. quest. 167. n. 91. in fin.* X X V I.

Quamvis Jus asyli, jure Civili primum omnibus & singulis, adedque & facinorosis ad Ecclesiam confugientibus, in l. 2. C. *d. his, qui ad Eccles. confug.* sub pœna criminis læsæ Majestatis, sicque ultimi supplicii, Barbos. *ibid.* concessum, postea in Nov. 17. c. 7. *princ.* ultra adulteros & virginum raptores etiam homicidis iterum ademptum, Jus Canonicum regulariter criminum etiam gravissimorum reis in c. *inter alia*, ubi eorum multos recenset Barbofa *X. de immunit. Eccles. can. sicut antiquitus 6.* ubi Idem. *caus. 17. quest. 4.* denno indulserit, ita ut liber sive ingenuus, (excepto servo, cequitum temporis Domino erat restituendus) inde nentiquam violenter extrahi, atque ad mortem vel pœnam corporalem, ut verba habent, sive effusionem sanguinis Barbos. *ibid. n. 36.* damnari debeat; excipitur tamen inter alios, de quibus Zœsius ad d. *tit. item Vallensis eod. n. 17.* Christinæ. *volum. 2. decis. 46. num. 7. & seqq.* publicus latro in ipso metextu; utpote quem immunitate ista Ecclesiæ non gaudere, indeque ad subeundum ex mente textus promeritum supplicium, auctoritate tamen Antistitis, extrahi debere, longa DD. serie firmat Barbos. *ibid. n. 37. junct. seq.* idque præ aliis, etiam deterioribus reputatis, ideo, quod illi non tam sint metuendi, quam latrones, ob mortis periculum, quod hi multis, & quidem insidiosè intendant. Jo. d. *Vischis d. immunit. Eccles. tom. 13. Tractat. tractatum part. 1. fol. 12. fac. 2.* Hodie autem in Germania, & ubivis apud Evangelicos, omnia jura, Civilia

vilia & Canonica, quæ de immunitate facinorosorum, confugientium ad Ecclesias, sancita reperiuntur, non observari, tradit B. Dn. Myler. ab **Shrenbach**, *d. jur. asyl. c. 5. n. 9. & seqq.* ubi rationes subnectit; & quidem homicidis parcere, non esse Ecclesiæ, nec ullius hominis, inquit post Bodin. & Ritterhus. Brunnemann. *ad ed. l. 2. sub. fin.* Ex quibus etiam, quatenus id intelligendum, quod tradit Treutler. *volum. 1. Disput. 4. th. 7. lit. c.* ex Templo quem reali citatione extrahi non posse, facile dignoscitur.

## X X V I I.

Quadragesima diebus, qui auspicio ceremoniarum Paschale tempus anticipant, omnis cognitio inhibeat criminalium quæstionum, verba sunt Imp. in *l. 6. C. d. fer.* at in quæstionibus latronum nullum quadragesimæ, nec venerabilem Paschæ diem existiment Provinciarum Præsides excipiendum: ne differatur sceleratorum proditio consiliorum, quæ per latronum tormenta quærenda est; itidem inquit Imp. in *l. pen. C. eod.* adedque etiam de sociis suis (quod aliàs regulariter non licet *l. ult. in fin. C. d. quest. l. 16. §. 1. ff. eod.*) id fieri posse, probat *l. 6. ibi: de sociis & receptoribus ff. d. custod. & exhibit. reor.* atque inveniuntur dd. verba: sceleratorum &c. *l. pen. C. d. fer.* cujus rationes adducit Bocer. *d. latroc. p. 159.* conferat Brun. *d. indic. & tortur. pag. 1. quest. 22.* Blanc. *tract. simil. n. 173.* Cason. *d. torment. c. 16. n. 2.* id quod de aliis quoque criminibus, quam quorum nomine capti sunt, volunt quos sequitur Farinac. *oper. crim. quest. 27. n. 167.* etiam sine indicis, sed moderatè; Idem *n. 171. & seqq.* Quod tamen in criminibus tantum uniformibus sive ejusdem generis, non diversi, admittit Bocer. *d. tract. d. latroc. pag. 159.* cum in hisce ad torturam inferendam non solum certitudo delicti; sed indicia etiam legitima requirantur. *per txx. & DD. ibid. cit.* & quamvis in *d. l. pen.* dicatur, facilimè in hoc summi Numinis sperari veniam, per quod multorum salus & incolumitas procuretur; rectius tamen facturum iudicem, si propter DEI reverentiam horrendum & miserabile illud torturæ spectaculum in aliquo diem non feriatum differat, inquit Carpzov. adducto simul præjudicio *pract. crim. quest. 124. n. 4.* uti & servare iudices DEUM timentes, *Clar. pr. crim. quest. 97. n. 6. add. Caball. resol. crim. cas.*

227. n. 53. Ex qua *l. pen.* tamen à Damhoud. & Decian. diversum sentientibus non probatur, quod etiam pœnæ executio die Paschatis fieri possit: cum à latronum interrogatione per tormenta, utpote de qua loquitur *d. l. perperam* ducatur argumentum ad eos puniendos, maximè, cum pœna moram pati queat, ipsis latronibus in carcere detentis; ut ostendit Bocer. pag. 163.

X X V I I.

Quoad quæstionem illam: Num beneficium appellacionis latroni competat? de jure quidem civili distinguendum putem inter famosum vel notorium, & simplicem: ut priori quidem id denegandum sit, *l. 16. ff. d. appellat. junct. l. 2. C. quor. appell. non recip.* non autem posteriori; arg. *ejusd. l. junct. l. 1. ff. d. appell. & l. 5. princ. ff. d. pœn.* quomodo etiam intelligendus cum Farinac. & aliis Bocer. *d. latroc. pag. 152.* In Camera Imperii autem nec posterioris hujus appellatio admitteretur: cum causæ criminales ibidem non recipiantur; Ord. Cam. p. 2. tit. 28. §. Item nachdem auch. &c. uti inter alia loca nec Jure nostro Wirtembergico. p. 1. Ord. Provinc. tit. 70. §. von Malochs Sachen. fol. 194.

X X I X.

Cæterum, cum hodie etiam ob unicum latrocinium pœna rotæ, ut supra ostensum, infligi possit, supervacaneum fore videtur, immorari quæstionibus, de quibus post alios Bocer. *d. latroc. pag. 166. & seqq.* num famosus dicatur latro, ut pœnâ ordinariâ affici possit, qui in diversis territoriis latrocinia tria commisit, & horum unum, ubi captus est; & an, ut locus sit eidem pœnæ, requiratur, ut pro uno aut altero latrocinio non commisso, sed attentato solum, punitus sit?


X X X.


In casu autem absentis Judicis competētis causas meri imperii tam quoad definitionem, quam cognitionem, delegari posse, arg. *l. 1. ff. d. off. ej. cui mand. est juris d.* ostendit Fachinæ. *lib. 12. p. m. 182.* ut proinde haut speciale in latrocinio statuendum videatur, quod, ob periculum in mora, damnatio ad ultimum supplicium memorato casu mandari seu delegari possit; secus ac sentiunt quos citat & sequitur Bocer. *d. tract. pag. 161. n. 18.*

Tantum pro instituti ratione:

DEO SOLI GLORIA!

32. Gravius, de commissio emphytheusis.
33. Gravius, de iudic<sup>io</sup> syndicator.
34. Gravius, de conditionibus.
35. Gravius, de reconventionem.
36. Gravius, de iure sequenti.
37. Ludwig, de successione conjugum.
38. Thomaeus, de his quae pro non scriptis habentur.
39. Musaeus, de praetio iuris iustitiani facti.
40. Schobel, de gravitatibus tam realibus quam personalis.
41. Wessphal, belli iusti et honesti gerendi modus.
42. Wessphal, de communiis pacatorum ad belligerantes.
43. Wener de solutionibus.
44. Westphal, de pactis liberarum gentium.
- ~~45.~~ 45. Wegkerst, Labyrinthus graduum cognationis in numero personarum detectus, seu Clavis legis deimae.  
Sig. de gradibus et adfex.









est. Cum autem reliquæ lineæ omnes sint inæquales numero personarum cum prima concordare necessarium est.

Continentur ergo lineæ primâ -  
 secundâ - -  
 tertiâ - - -  
 quartâ - - - -

Summa totius gradus septimi

Præmissorum graduum numerus concordat cum eo quod in l. 10. ff. de grad. & adfin. nisi quod in pluribus de quinto gradu sic legitur: *Quinto gradu continentur centum & octoginta quatuor*: sed legem apparet ex schematis supra allatis.

Egimus de septem gradibus, quos tractat Pappus. Quod si quis adeo curiosus sit, ut etiam non octavi scire aveat, & huic satis fieri poterit, si obsequere hic occurrere lineas, ex quibus una est æqualis in linea recta hic dupletur numerus personarum septimi gradus occurrentium: inæquales singulæ præterea habent numerum: æqualis vero dimidio minus.

Ita prima lineæ continebit  
 Secunda -  
 Tertia -  
 Quarta -  
 Quinta, quæ æqualis est  
 Summa gradus octavi

Servatis his proportionibus etiam indagabitur graduum numerus, & in gradu nono invenientur

In decimo

